



**R. P. Antonii De Escobar Et Mendoza, Vallisoletani,
Societatis Iesv Theologi, Vniversæ Theologiæ Moralis,
Receptiores Absqve Lite Sententiæ nec-non
Problematicæ Disquisitiones ... Volumen ...**

Virtvtes Theologicæ. Libro Triplici Fidei, Spei, & Charitatis materias expono

**Escobar y Mendoza, Antonio de
Lugduni, 1663**

Cap. 26. Circa irregularitatem ex crimine hæresis proueniente.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80695](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80695)

Se&.II.De Irregularitate,Dubia. 363

matum,nisi ex eo,quod velit exterius officium exercere,sicuti exercet ordinatus.Quod apertius con&at in Sacramentis, qu& non nisi à legitimo ministro confici possunt,in quorum conf&atione sciens se non esse legitimum ministrum, nullomodo potest habere voluntat& ea Sacramenta conficiendi.Relinquitur ergo ut solum habeat voluntatem,& intentionem exercendi in exteriori foro ea,qu& ordinatus potest exercere. Ergo e& h&c irregularitas imposita sit, ad comprimendam audaciam eorum, qui digna Officia Ordinum non ordinati usurpant:efficitur comprehendere quoscumque exercentes ser& ea officia, etiam si ver& illa non exer&ant.Ita Suarius d.42.se&. 4.a n.18.Coninch.d.18.dub.6.n.43.Layman. de irreg.l.1.r.5.p.5.c.3.n.1.Palao de Cens.d.6.pun.18.n.8.

349
Probabilius
hoc esse in-
dico.
Hanc sententiam probabilior& esse indi-
co. Ille enim minister, qui cum ordinatus non
sit, Officium Ordinis in exteriori foro sole-
niter exercet, sine dubio facit, quantum ex
parte sua facere potest ad Officium Sacrum
exercendum; quia habere aliam intentionem,
est ei fer& impossibile.

DUBIUM LXXVIII.

*Prefata irregularitas indic&ane est solum-
modo aduersus Clericos Officium Ordinis
nisi quem non habent, usurpantes?*

350
Non est se-
lam contra
Clericos in-
dico.
Non indic&ta est solummodo contra Cle-
ricos, sed a&qu& afficit laicos Officiu Or-
dinis usurpantes. Quia c.1.de Cler.non ordina-
minis. generaliter statuitur, ne ordinetur, qui
cum ordinatus non sit, baptizauerit, officium-
ve Sacrum exercuerit: qui textus cum sit an-
tiquior Rubrica, nequit ex Rubrica restringi.
Sic Syluest. v. Irregularitas, q.13. Navar. summ.
c.27.n.242. Sotus in 4. dist.18.q.4.a.1. Valent.
tom.4.d.4.q.2.punct.1.Suarius tom.3.in 3.pars.
d.31.se&.4.fine. & de Cens.d.42.se&.4. num.2.
Avila p.7.d.9.se&.2. dub.113. Filiucius rr.20.
n.208. Hurtado de irregul.d.2. diff.2. num.4.
& alij.

351
Citra Cle-
ricos solum
indico.
Indic&ta est solummodo contra Clericos,
laicos non afficit. Quia licet in c.1.de Cleric.
non ordin. ministr. generaliter textus loqui vi-
deatur, & tam laicos, quam Clericos compre-
hender&at cum sub titulo, & Rubrica De
Clerico non ordinato ministrante constitutus sit
indicatur manifest&, pro Clericis solummodo
latum esse. Ita Angel. v. Irregularitas 1.n.38.
Arnil.n.65. Rosel.n.2. Tabiena 4.nu.2. Laym.
l.1.r.5.p.5.c.3.n.3. Bonacina tom.1.d.7.q.3.
pun.6.n.1. Sayr. l.7. thes. c.10. n.6. Henriq. l.2.
c.19.n.5. & l.14.c.6.n.2.

352
Verum hoc
se iudico.
Verius hoc esse iudico. Quia textus hanc
irregularitatem indicentes, apert& significant,
solis Clericis indici. Nam c.2. expresse loqui-
tur de ordinato, qui ultra prohibitionem, ne
ad superiores Ordines ascendat, suspensio per
biennium, vel triennium ab Ordine præcipuo
qu& habet, indicitur. In c. ver& 1. si sequamur
probabilem intellectum Panormitani ibi.
Syluestri, & Sayri ubi supra asserentium, illis

verbis: *Abiciatur ab Ecclesia, suspensionem,*
seu depositionem ferendam indici: manifest&
constat, de solis Clericis tantum esse sermo-
nem. Nam laici nec suspendi, nec deponi
possunt. Et licet gravior peccet laicus, qu&am
Clericus Officium Ordinis usurpans: quia ta-
men Clerici frequentius, qu&am laici illud
usurpare solent, ea de caus& aduersus Clericos
usurpantes dictum officium statuta est irre-
gularitas, & non aduersus laicos.



CAPVT XXVI.

*Circa Irregularitatem ex cri-
mine hæresis proue-
niente.*

DUBIUM LXXIX.

*Crimini occulto hæresis annectiturne
Irregularitas?*



Irregularitas annectitur crimini 353
hæresis etiam occulto. Quia cap. Annectitur
Si qui Presbyteri, & cap. Saluberrimum, etiam cri-
minum, & cap. Conuenientibus, 1. mini occultæ
hæresis.

ne, distinction. 12. Clerici apostatantes à fide
prohibentur ad ulteriorem gradum ascende-
re, licet in susceptis Ordinibus postquam
conuersi sunt, ministrare permittantur. Sicuti
habetur in cap. Saluberrimum, ibi enim re-
deuntibus ad fidem admittitur spes promotio-
nis, & pro magno beneficio conceditur, in
susceptis Ordinibus perseverare: nisi iterata
Vn&ione, hoc Baptismi Sacramenti iteratio-
ne fuerint maculati. Quod si in cap. Qui vo-
luerint, 1. question. 7. dicatur de Nouatianis
redeuntibus ad Ecclesiam posse ordinari, in-
telligi debet de dispensatione iuxta cap. Ma-
ximum, & cap. Donatum. Vel salt& intelligen-
dum est de laicis, quibus non est ita certum
hanc irregularitatem esse impositam: con-
omnes textus, qui hanc irregularitatem indi-
cere videntur, de Clericis loquantur. At cum
omnes textus irregularitatem hæretico indi-
cant non distinguentes, an debeat hæresis ef-
fe publica, an occult& indic&ta tam occultum,
quam publicum hæreticum irregularem esse.
Sic Pegna direct. Inquisit. p.3. comment. 162. q.
113. Navar. summ. c.27.n.105. Tolet. l.1. cap. 64.
Suarius d.43. se&.1. n.2. Sanchez l.2. Decal. c.
25. n.2. Farinac. de hæresi, q.189. nu.43. Fillinc.
rr.20. n.117. Bonac. d.7. de irregul. q.3. punct. 7.
principio. Coninch. d.18. dub.7. n.50.

354
Crimini
hæresis oc-
culto non
ann&ctitur
Ita
Crimini hæresis occulto irregularitas non
ann&ctitur. Quia textus hanc irregularitatem
indicentes notorietatem criminis exigunt, si-
quidem sermonem dirigunt non ad ipsos hæ-
reticos, sed ad Pastores Ecclesi&, quibus præ-
cipitur, ne hæreticos ad Ordines admittant.

Ita Perez l. 8. o. d. i. r. 4. fil. 98. Henr. l. 14. c. 4. 4.
 6. Philare. l. 4. c. 5. Sayr. l. 7. thes. c. 11. nu. 16.
 Sà v. Irregularitas ex defectu animæ, n. 2. Auila
 p. 7. d. 1. dub. 2. Laym. de irreg. c. 4. n. 11. Hurtad.
 de irreg. d. 1. diff. 4. n. 14. & alij relati à Barbosa
 in remiss. Conci. sess. 24. c. 6. v. Hæresis.

355 Hanc eligo
sententiam. Primam sententiam fateor esse commu-
 nem, sed secunda probabilis admodum magis
 arridet. Nam c. Saluberrimum, quod existimo
 esse præcipuum ad hanc irregularitatem pro-
 bandam, loquitur de peccato: siquidem man-
 datur fieri abiuratio solemnis, quæ fit in scri-
 ptis. Præterea in c. 2. de heret. in 6. §. Hæretici,
 aperte supponitur communis notitia: ibi enim
 prohibetur, ne hæretici, & eorum fautores ad
 beneficium, vel officium publicum admit-
 tantur, quod nisi delictum sit publicum, præ-
 stari nequit.

DVBIVM LXXX.

Extenditurne hæc Irregularitas ad eos, qui
 exterius fidem abnegant, etsi interius
 illam retineant?

356 Extenditur
quidem. Extenditur quidem. Quia c. Presbyteros,
 diff. 5. o. de Presbytero, qui ex timore fidem
 abnegavit, subditur, Sacerdotale officium non
 posse ministrare, neque offerre, neque sermonem
 ad populum habere. Diaconis vero, & aliis Cle-
 ricis inferioribus impeditur ascensus ad supe-
 riore gradum, & in suscepto nequeunt ministra-
 re nisi de consensu Episcopi, cui in hac parte
 committitur potestas, quæ vrgenti tantum causa
 debet exercere. Sponte vero fidem negantibus,
 etsi sustentatio tribuatur, non tamè cõceditur ad
 altiores Ordines ascensus. Sic Farin. de hæresi,
 q. 192. m. 5. Bonac. tom. 1. d. 7. q. 3. punct. 7. n. 1.
 Maiol. de irreg. l. 5. c. 34. n. 2. Viuald. Candelab.
 tit. de irreg. n. 88. Suar. d. 43. sess. 2. n. 2. Sanch.
 l. 2. Decal. c. 25. n. 6.

357 Non exten-
ditur. Minimè extenditur. Quia in c. Presbyteros,
 nullum est verbum, ex quo colligatur Presbyterum
 illud fidei apostata esse: poterat enim timore du-
 ci, & nihilominus fidem ex animo abnegare.
 Textus autè alij citatur pro prima sententia
 scilicet in c. Non potest, 2. q. 7. & c. Contra Chri-
 stianos, de heret. in 6. in quibus apostata à fide
 hæresis pœnis subiicitur. At intelligendi sunt
 de verò apostata, qui fidem ex animo negavit:
 secus qui solù verbis, vel factis negatione si-
 gnificavit Ita Azor. tom. 1. l. 8. c. 11. qu. ult. & c.
 21. q. 8. Navar. Conf. l. 5. tit. de hæresi, conf. 3.
 alias 9. Palao de Cens. d. 6. pun. 19. §. 1. num. 4.

358 Hanc eligo
sententiam. Primam sententiam communiorē esse
 non dubito, sector tamen secundam, quam
 non minus probabilem esse reor. Nam casu,
 quo textus in c. Presbyteros loqueretur de fide
 fide abnegante, solum comprehendit publi-
 cè delinquentes. In conclusione enim dicitur
 eos, quorum crimina manifesta sunt ante, vel
 post ordinationem à Sacris Ordinibus deili-
 ciendos esse. Quorum tamen peccata secreta
 sunt, secreta satisfactione secundum Sacerdotis
 edictum in propriis Ordinibus remanere
 posse.

DVBIVM LXXXI.

Hæreticorum fautores excusanturne ab
 irregularitate?

359 Non ex-
tenditur
irregulari-
tate. Autores hæreticorum, (quatenus hæretici
 sunt,) receptatores, ac defensores eadem
 irregularitate afficiuntur, quia efficiuntur hæ-
 retici. Quia cap. 2. de heret. §. Hæretici, hæreti-
 corum fautores, & eorum filij vique ad secun-
 dam generationem prohibentur, ne ad Ecce-
 siasticum beneficium, aut officium publicum
 admittantur. Nomine autem officij videtur
 intelligendum Officium Ordinis: ergo ab
 Ordine excluduntur. Igitur sunt irregulares.
 Sic Sanchez lib. 2. Decal. cap. 25. num. 6. Suar.
 disp. 4. §. 1. ion. 2. numer. 2. Coninch. disp. 18.
 dub. 7. num. 50. Bonacina tom. 1. disp. 7. quæst. 3.
 punct. 7.

Non afficiuntur irregularitate. Quia neque
 ex cap. 2. de heret. in 6. neque ex alio id col-
 ligitur. Nam esto, in Cap. præfato fautores hæ-
 reticorum ab officio publico excludantur,
 nomine Officij publici non Officium Ordinis,
 sed Officium iurisdictionis vti est Magi-
 stratus, Prætoriatu, Notariatus, & c. intelli-
 gendum est. Glossa sic intelligente ad cap. Fe-
 licis. §. Quod si quis, de panis in 6. Illud enim
 officium publicum vocatur, quod ad publi-
 cam utilitatem, & populi regimen ordinatur.
 Ita Henriquez l. 14. c. 4. n. 6. Sà v. Irregularitas
 ex defectu animæ, n. 2. Palao de Cens. d. 6. punct.
 19. §. 1. m. 5.

Hæc sententia mihi est probabilior. Nam
 si nomine Officij publici Officium Ordinis
 etiam intelligeretur prius Pontifex debebat,
 hos fautores hæreticorum ab officio publico,
 quam à beneficio excludere. Quia Ordinis
 collatio beneficij collationi præsupponitur,
 vti aduertit noster Galp. Hurt. de irreg. d. 1. diff.
 3. n. 7. Cæterum concessio, irregularitatem ab
 hisce fautoribus contrahi, debet fautoria pu-
 blica esse. Quia de ea vti publica textus loqui-
 tur: siquidem prohibentur Ordinarij fautores
 hæreticorum ad officia publica admittere,
 quod fieri nequit, nisi ipsis Ordinariis fauto-
 ria perfecte sit nota.

DVBIVM LXXXII.

Filij eorum, qui ob crimen hæresis repetitum
 comburantur, quique contritionis signa
 dedere, suntne irregulares?

360 Non
excluduntur
irregulari-
tate. Certum est, filios, ac nepotes hæreticorum
 irregulares esse: ut vi hanc irregularita-
 tem contrahant, debere nasci post parentum
 delictum, & delictum esse notorium, & in eo
 decessisse. cap. Statutum, de heret. Quæstionem
 verò, num filij eorum, qui ob crimen hæresis
 repetitum comburantur, quique ab hæresi
 ante mortem ob exhibita penitentia signa
 sunt ab eluti, sub hac irregularitate compre-
 hendantur?

Non

Sect. II. De Irregularitate Dubia. 365

361 Non comprehenduntur. Quia textus in 2. Statutum hanc irregularitatem filiis hæreticorum indicens, exigit, ut in hæresi decedant parentes à delicto non emendati, nec Ecclesiæ reincorporati, quod de iis parentibus non videtur verificari posse, cum de facto ab hæresi absoluantur, decedantque parati penitentiam implere, & Ecclesiæ præceptis obedire. Sic Simancas de Cathol. institut. 29. n. 17. Hurtado de irreg. d. 2. diff. 3. n. 8. Coninch. d. 18. dub. 7. n. 1. Henriquez l. 1. c. 5. num. 4. & alij, quos refert Pegna citandus.

364 Comprehenduntur. Quia sic cõuersi præsumuntur in hæresi decedere, ac fidei converti timore potius, ne viui cõburantur, quam fidei amore. Ita Suar. d. 43. section. 3. n. 4. Rojas tr. de hæret. p. 2. n. 337. Pegna Direct. Inquisit. p. 3. comment. 164. Sanch. l. 2. Decal. c. 27. n. 22. plures citans. Molina tr. 3. d. 658. n. 16. Azor. tom. 1. l. 8. c. 1. post qu. 8.

365 Non tenent. Communior hanc sententiam in praxi observatam defendendam esse crediderim. Quia enim præsumuntur ex timore præfatio signa contritionis dedisse, & non ex interno affectu, nec iuridicè ad penitentiam admittuntur, nec absoluntur solemniter: quæ solemnitas, & iuridica absolutio requisita videtur, ut ab Ecclesiâ indicentur reconciliati, & reincorporati iudicentur.

DUBIUM LXXXIII.

Esne Neophytus irregularisque qui infantia baptizatus, etiamsi ex patre Iudæo, vel Sarraceno descendat?

366 Reolo. Neophytus dici, qui novus est in baptismo in ætate adulta suscepto. Cap. Sicut Neophytus. Hunc autem interim dum Neophytus est, irregularem esse, seu arceri ab Ordinibus suscipiendis constat ex cap. 1. c. 2. distinction. 48. Determinare autem tempus, pro quo quis censendus Neophytus sit, arbitrio Episcopi relinquitur, qui iuxta personæ qualitatem, & debitam illius instructionem coarctare, vel prolongare tempus poterit, dummodo decennium non excedat; nam transacto decennio post baptismum, Neophytus non censetur. Quæstio verò, an sit Neophytus irregularisque, qui in infantia est baptizatus, etiamsi ex patre Iudæo, vel Sarraceno descendat?

367 Est Neophytus, & ideo irregularis. Quia Paulus IV. constituit, ut descendentes à Iudæis, vel hæreticis usque ad quartam generationem Sacris Ordinibus prohibeantur initiari. Quam constitutionem Gregorius XIII. extendit ad descendentes ex Sarracenis. Et quia in cap. Constituit 17. question. 4. Iudæi, aut ij, qui ex Iudæis sunt, ab officiis publicis excluduntur: ergo quomodocumque descendant censendi sunt inhabiles. Sic nonnulli, quos pressio nomine memorat Fernandez de Castro Palao de Censuris disputatione sexta, puncto decimo nono, Paragrapho tertio, numero sexto.

368 Non est Neophytus, nec irregularis. Quia Escob. & Mend. Theol. Moral. Tom. VI.

nullibi contrarium cavetur, ut mox ostendat. Et nihil in hac parte fuit à Trident. immutatum sess. 23. c. 7. ubi præcipitur Episcopis inquirere ordinandorum genus. Quia in hac inquisitione tantum voluit Concilium, ut ea, quæ sunt à iure statuta, exactè observentur. Ita Sanchez lib. 2. Decalog. caput. 28. numer. 11. Nauarra summ. c. 27. n. 205. Suar. d. 43. sect. 3. n. 8. Sayrus l. 6. thes. c. 13. n. 10. & alij apud ipsos. Palao ubi supra.

369 Hoc probabilius admodum, imò certum ferè esse crediderim. Quia constitutiones Pauli IV. & Gregorii XIII. vñ receptæ non sunt, ut asserit Hurtado de irregul. d. 2. diff. 3. n. 9. & Avila p. 7. d. 4. dub. 3. Ad illud autem ex cap. Constituit allatum, respondeo cum Spario n. 9. & Sanchez nu. 15. intelligi de iis, qui sunt ex Iudæis noviter ad fidem conversi, non de illis, qui ab infantia fidem susceperunt. Hæc autem doctrina secundum ius commune procedit: nam si particularia statuta à Pontifice confirmata spectemus, certum est, descendentes à Iudæis, Mauris, vel Sarracenis excludi etiam usque ad millesimam generationem ab aliquibus beneficiis, & Capellanis, ut in Ecclesiâ Toletana, & Legionensi: & ab alijs quibus publicis officiis, ut in S. Inquisitionis Tribunali.

DUBIUM LXXXIV.

Ut hæretici ad fidem redeuntes in Ordinibus habitis ministrarent, indigente dispensatione?

370 Irregularitate ex heresi proveniente cum hæreticis ad fidem redeuntibus solus Pontifex dispensat, ut Ordinibus iniciantur, vel ad superiores ascendant. Quæstio autem est, an ut in Ordinibus habitis ministrarent dispensatione indigeant?

Non indigent. Quia in c. Saluberrimum 1. question. 7. & c. Nos consuetudine, distinct. 12. id videtur esse permittum. Sic Gaspard. Hurtado de irregul. d. 2. diff. 3. fine. & alij, quos pressio nomine refert Coninch. d. 18. dub. 7. num. 52.

371 Indigent quidem Episcopi dispensatione. Quia ex cap. Presbyteros, distinction. 50. manifestè colligitur. Dicitur enim, eos habere debere pro beneficio, ut in susceptis Ordinibus ministrare possint. Si igitur loco beneficii, seu gratiæ ea ministratio habenda est: non est illis iure debita. Ita Suarius disp. 43. sect. 1. num. 6. Sanchez lib. 2. Decalog. cap. 25. n. 14. Coninch. ubi supra.

372 Magis hæc mihi sententia placet credenti neque Episcopum dispensare posse quoad Sacerdotij usum. Satis enim id indicatur cap. Presbyteros, distinction. 50. Et fortè ob hanc causam Pius V. anno 1567. prohibuit generali Hispaniæ Inquisitioni, ne habiles redderet Presbyteros hæreticos, ut in altari deferrent. Refert Pegna direct. inquisit. p. 3. q. 126. comment. 157.

DVBIVM LXXXV.

*In hac Irregularitate occulta potestne
Episcopus virtute Tridentini dispen-
sare?*

374
Non potest
dispensare.

Dispensare non potest virtute Tridentini. *sess. 24. c. 6.* in hac irregularitate occulta, neque ad forum contentiosum deducta. Quia communior sententia affirmat esse reuocatum Episcopo facultatem absoluedi ab haeresi in eo decreto concessam: ergo est etiam illi reuocata potestas dispensandi in irregularitate inde proveniente. Tum quia haec irregularitas est haeresi accessoria. Tum quia praecipue quia in *c. cum illorum, de sent. excom.* dicitur, Episcopus non habere potestatem dispensandi in casibus, in quibus eorum absolutio est illis interdicta: cum maiora intelligantur illis esse prohibita, quibus verita sunt minora. At absolutio minus est, quam dispensatio *Gloss. libi. Abbas n. 2. notab. 3. Felin. n. vni.* Ergo denegata Episcopis potestas absoluedi ab haeresi, consequenter censetur denegata potestas dispensandi in irregularitate ex illa proveniente. Sic Suarius *d. 43. sect. 3. n. 15.* Toletus *l. 1. c. 46. Fillucius rr. 20. n. 231.* Bonacina *tom. 1 d. 7. q. 3. pum. 7. n. 12.*

375
Dispensare
potest.

Potest dispensare. Quia haec dispensatio dici nequit maioris considerationis, quam a crimine haeresis, & illius excommunicatione absolutio. Haec enim irregularitas non est certa, sed dubia: ac proinde etiam si intelligamus negatam esse Episcopis potestatem absoluedi ab haeresi, non inde inferitur, esse negatam potestatem dispensandi in illius irregularitate, quae debita est. Ita Sanchez *l. 2. Decal. c. 25. n. 18.* plures referens. Farinac. *de haeresi, q. 194. n. 79.* Palao *de Conf. d. 6. pum. 19. §. 4. n. 4.*

376
Hoc defen-
do.

Hoc rectius excogitatum esse iudico. Nam quando dicitur, potestatem dispensandi maiorem esse potestate absoluedi, intelligitur de potestate dispensandi in impedimento certo, non in dubio quale est haec irregularitas. Neque huius irregularitatis dispensatio est annexa excommunicationis absolutio, cum sint potestates omnino distinctae, ac separatae.

DVBIVM LXXXVI.

*Inquisitores possuntne in foro conscientiae
in hac ex haeresi Irregularitate dis-
pensare?*

377
Possunt di-
spensare.

Dispensare possunt. Quia in constitutio-
ne Clementis VII. ad huiusmodi dispen-
sationem gerendam eis potestas impertitur.
Sic Mandos. *de signatura gratiae, v. Absolutio ab
haeresi, initio.* Vmb. Locatus in iudiciali inquisi-
t. *Irregularitas, n. 2.* Lelius Zecho *tr. de fide, c.
11. n. 16. in pars 12. haer.* Hentiq. *lib. 14. c. 18.
num. 2.*

378
Non possunt dispensare. Quia praefata
Dispensatio constitutio vsu, & consuetudine abrogata cen-
setur. Ita Suarius *d. 43. sect. 1. n. 5.* Pegna *direct*

*inquisit. p. 3. q. 126. comment. 175. Sanch. l. 2. De
cal. c. 25. n. 16. Farin. de haeresi, q. 192. n. 76.*

Cum his probabilibus opinor. Nam constitutio illa, quam refert Pegna, lata videtur pro personis, quae eo tempore aderant, neque ad alios extendi vti docet Palao *de Censur. d. 6. pum. 19. §. 4. n. 5.* Cui quidem in cunctis, quae ad Inquisitionis Sacre Tribunal spectant, specialem fidem adhibeo.

CAPVT XXVII.

*Circa Irregularitatem ex infamia
provenientem.*

DVBIVM LXXXVII.

*Ad incurrendam infamiam ex proprio de-
licto Irregularitatem necessarium debet
delictum esse notorium?*



Suppono ex *sess. 1.* infamiam ex delicto proprio duplicem esse, unam, quae annexa est ipsi delicto tantum, alteram, quae praerquirit condemnatoriam delicti sententiam. Porro infamia iuris annexa delicto tantum, oritur ex delicto, cui ius Civile, vel Canonicum infamiam praescribit: verbi gratia, lenocinio, bonis sponsalibus etiam in ualidis, defensionem in certamen priuatum cum alio homine, questus gratia, violationi iuramenti promissori, laesa maiestatis diuinae, vel humanae violationi, hostili insecutioni Cardinalium, rapui, fecerunt, defensionem in duellum, &c. Quasi ferim autem, num ad incurrendam huius infamiae ex proprio delicto Irregularitatem, debeat necessarium delictum esse notorium?

Non debet. Quia infamia non incurritur ex delicti manifestatione, sed ex proprio delicto. Sic D. Antonin. *p. 3. tit. 28. c. 6. §. 7. Syluest. verb. Irregularitas, quest. 14. Suarius d. 48. sect. 1. num. 7.*

Debet omnino. Quia infamia est fama, & bonae estimationis diminutio. At dom crimen ignotum est, bonum delinquentis nomen non dimittit. Ergo ex crimine, dum occultum est infamia non potest oriri. Ita Glossa ad *Cap. Inquisitionis, de accusationibus*, Abbas ad *Cap. Ex tenore, de temporibus ordinari.* Nauarr. *summ. cap. 27. a. 148.* Controuersias *lib. 4. notarium cap. 3. num. 2.* Henriquez *lib. 13. cap. 36. §. lib. 14. cap. 5. numer. 2.* Sanchez *lib. 2. Decalogi cap. 16. numer. 1.* Coninch. *disputation. 18. dub. 7. numero quinquagesimo sexto.* Laymanus *de irregularitate, capite quarto, numero octauo.*

Quamuis ex ipso delicto procedat infamia, attamen illius manifestatio, ac publicatio requiritur, ut infamiam in roget. Cum hoc tamen fiat, si timeretur delictum esse publicandum, & con-
querret